quatriduanus enim est. Dicit ei ihesus
Nonne dixi tibi quoniam si credideris ui-
debis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidem.
Ihesus autem eleuatis sursum oculis: dixit
Pater gratias ago tibi quoniam audisti me.
Ego autem sciebam quia semper me au-
dis: sed propter populum qui circumstat dixi:
ut credant quia tu me misisti. Hec
cum dixisset: uoce magna clamauit.
Lazare ueni foras. Et statim prodi-
it qui fuerat mortuus ligatus pedes
et manus institis: et facies eius su-
dario erat ligata. Dicit eis ihesus Sol

lazare ueni foras et prodiit ligatis manibus



et pedibus qui fuerat quatriduanus mortu- us.

Hec nos quesumus domine partici- *Postcommunio.*
patio sacramenti et a propriis rea-
tibus indesinenter expediat: et ab om-
nibus tueatur aduersis. Per. *Super populum.*

Da quesumus omnipotens deus ut qui infirmi-
tatis nostre conscii de tua uirtu-
te confidimus: sub tua semper pietatio-
ne gaudeamus. Per.

Sitientes uenite ad aquas dicit